

Q.K.130,48

(X2000 321)

Wh

26

AD  
VIRUM

Summe Reverendum et Excellentissimum,

# JOH. ANDREAM SCHMIDIUM,

Abbatem Marienthalensem, S.S. Theologiæ

Doctorem, Ejusdemque ut et Historiæ Ecclesiasticæ in alma Julia  
Professorem famigeratissimum.

D.  
NUMMO

# COMITIS BLANCKENBVR- GENSIS EPISTOLA,

In qua simul

De aliis Comitum Provincialium Thuringiæ, Palatinorum Saxoniæ, item-  
que Comitum Mansfeldensium, Hennebergensium, Orlamun-  
danorum, Schauenburgensium, Arnshaugensium, Stol-  
bergensium, Lobdeburgensium, Schwarzbur-  
gensium, aliorumque Numis bracteatis  
incidenter ac succincte differi-  
tur, perscripta

## CHRISTIANO SCHLEGELIO.

Jenæ Impensis Johannis Bielckii.

ARNSTADIE

Typis Nicolai Bachmanni.





Vid de **TVO, VIR SVM-**  
**ME REVERENDE,** *Blancken-*  
*burgensis Comitis* nummo, quem  
singularis notæ esse, uterq;  
nostrum vel primo intuitu  
perspexit facile, literis haet-  
nus inter nos fuerit actum,  
ipse omnium nosti optime.  
Aqva nempe nobis hæsit, cu-  
inam Familiæ, cum duæ eo-  
rum sint, eæq;; ni fallor, di-  
versissimæ, commode ille possit adscribi, atq; cum con-  
sensu Historiæ. *Unam* (a) etenim, ceu in vulgus notū, *inferior*  
fovet *Saxonia*, nec incelebrem, in qua recensa multus  
jam olim fuit *Meibomius* (b) vester, nunc inter astra receptus,  
exqua

(a) Sita est hujus arx cum Comitatu ad eam spectante inter  
*Quedlinburgum et Wernigerodam ad silvam Hercyniam*: Conf. Mappæ  
Geographicæ et Toppius in rebus Schwarzburgicis ac in specie  
Rudolphopolitanis Lit. B. 4. Alia dehinc arx *Blanckenburgi* nomi-  
ne notata ad *Salam* in *Vogtlandia* sita, de qua videatur Albini Chron.  
Misnense tit. 24. fol. 330.

(b) Scilicet Tom. I. Rer. Germ. p. 507. quando ex Hermanni  
de Lerbecke Chronicō Comitum Schavvenburg. *Præfulum Minden-*  
*sem A. 1172*, ex Comitibus de Blanckenburg ortum, memorat, sed  
non nominat; dehinc p. 562 in Chronicō Mindensi incerti autoris  
Annonem 26. Episcopum ex Comitibus de Blanckenburg anno 1185.  
Iaudibus ejusdem prolixe expositis, et donaria a Domina Oda  
Comitissa de Blanckenborg Ecclesiæ oblata adducit; Tom. III. vero  
p. 266. in Chronicō Marienthalensi 1297. Hermanni, Antistitis Hal-  
berstadiensis, ex Comitibus Blanckenburgicis natit, et p. 249. ibidem Pop-  
ponis, Comitis de Blanckenborg, in Synodo Halberstadiensi præsen-  
tis; in Chronicō Riddagshusensi p. 346. Sigfriai, Blanckoburgii Comi-  
ti, inter politicos itineris Henrici Leonis in Palæstinam Comitis,  
meminit. Cesfit vero hic Comitatus Blanckenburgicus Sereniss.  
Ducibus Brunsvicensibus, id ipsum quoq; exponente Meibomio  
Tom. I. p. 794.



ex qua vel solum *Hermannum, Comitem Blanckenburgum, nominasse*  
sufficiat, qvi, Vocado, Antistite Halberstadiensi, defuncto,  
anno 1269 Praeful XXVII. ipsi suffectus legitur. (c) *Alte.*  
*ram aliquot retro seculis nostra continuit Thuringia, illa non*  
inferiorem, et ex ILLUSTRISSIMORUM SCHWARZBURGICO-  
RUM COMITUM GENTE suam trahentem originem. In in-  
certitudine propterea cubare videbantur omnia, quæ pro  
vindicando illo huic illive Familiæ afferri poterant, atq; ex  
iis, quos excusos habemus, autoribus, leviter saltem i-  
stam attingentibus, in medium produci. *Enim vero nullus*  
haec tenus, quod nisi, *Patrone optime*, prodiit, qui data opera  
de rebus Schwarzburgiis dissipexit atq; solicitius, dolendumq;  
oppido est, et *M. Cyriaci Spangenbergi laudabile de concinnan-*  
*da Schwarzburgica Historia institutum* (d) in casum abiisse,  
et *M. Samuelis Gualteri, Rudolphopoli Schwarzburgici, Chronicon*  
*Schwarzburgense sub superioris seculi primordium confeatum*  
(e) (cujus adumbrationem me aliquando vidisse memi-  
ni) et *M. Pauli Jovii, Conrectoris primum Arnstadiensis,*  
Rectoris dehinc Ebelebiensis meritissimi, (f) viriq; pa-  
triæ Historiæ scientissimi, insigne opus, quod magno stu-  
dio, et quod magis est, non sine diplomatum subsidio in  
hunc finem pariter congesit, tam pertinaciter ab iis, in  
quorum manibus hærent, premi. *Quid ergo recte nobis*  
istis ita destitutis de hoc nummo liceat conjectare? *Quid*  
certò de eodem statuere? Perscripsi eqvidem tum tempo-  
ris ad TE, *Fautor singulariter observande*, quæ obiter aliquando &  
velut per transennam de iis observaveram, ac, ut soleo,  
in schedas promiscue conjecteram, sed, præterquam quod  
pauca admodum, et talia præterea erant, quæ sitim istam

A 2

accu-

(c) V. Fabricii Rerum German. et Saxon. Lib. II. p. 242.

(d) Quid hac in causa ab ipso jam fuerit actum, et quia ratione  
impeditum fuerit, ipse docet in præfatione ad lectorum Chronicæ  
Querfurtensis.

(e) Circa annum scilicet 1623.

(f) Conf. Histor. Arnstadt Dn. Olearii p. 173.

accuratius nummi autorem cognoscendi haud lenire (et  
cur non fatear?) nedum restingvere poterant, adeoq; ad  
TVVM palatum ista haud fuisse, nunc demum, et non absq;  
ingenua pudoris confessione cognosco. Interim ex illo  
tempore de fonte ejusdem magis magisq; solicito, nuper  
admodum singulari fortuna in manus ~~mens~~ venit notitia,  
facem in istis nummariæ ignorantiae tenebris præferens  
lucidissimam, qvam TECUM hac Epistola communicare  
eo promptius constitui, qvo certior sum, TIBI, ut alia  
mea qvaliacunq; ita et hoc officii genus non posse non  
contingere gratissimum. Sed nunc, cum ad nummum  
ipsum properare est animus, tantum abest, ut de Blancken-  
burgicis illis Comitibus paulo fusius agere hic TECUM libeat, ut  
potius id ipsum TVO calamo, uti in Historia omni, ita et  
in hac exercitatissimo, inq; ea, qvod novi, jam jam occu-  
pato, relinqvam, ea saltem allaturus, qvæ tumultuaria  
opera in manus mentemque venerint, TVOqve labori  
aliqvod adjumentum præstare forte poterunt.

Nummus proinde, de qvo in posterum erit sermo,  
tujusq; iconem ex Pl. Rev. M. Olearii, amici nostri certissi-  
mi, benevola communicatione hic sub num. I. curioso-  
rum oculis sisto, Comitem Henricum de Blanckenburg eqvo insi-  
dentem exhibet, ac pro istius temporis genio armatum,  
laeva clypeum triangularem, hac ipsa forma tunc consve-  
tum, dextra vexillum tenentem, galea præterea acumina-  
ta caput tectum, adeoq; eodem prorsus in habitu, qvo  
Landgravios in nummis cernimus, de qvo ipso jam plura in  
Dissertatione de Nummis Isenacensibus, mox sub prælum mittenda,  
me attulisse memini. Tria ergo saltem hic diversa ab illis  
exempla, Ludovici scilicet unum, ac duos Hermanni sub num. 2.3.  
et 4. producam, qvo dictis rectius sua constet fides. Ludovi-  
ci, sine dubio nomine tertii. Landgravii primi, est, qvod non  
obscure tradere videtur inscriptione LVDEVVICVS PRO-  
VINCIALIS CONES Duringiæ, Hermanni vero duobus,  
licet diversæ impressæ sint literæ, unum eundemq; atta-  
men

men revelant Dominum cudentem. Prioris hæ sunt: HER-  
MAN LANTGRAVIS IN YSENAHE; alterius: HERE-  
MAIN De IGRAtia *Landg Ravius TVR ingiae*; sed de qvibus,  
ut supra jam dixi, alio tempore, Augurum formula, plura.

A tergo, ut ad *Blanckenburgensem* nostrum revertar, vel  
*duæ turre vel arx turris superbiens*, Blanckenburgum sine dubio suum  
designans, aut in genere saltem *Majestatem*, *Dominium et poten-*  
*tiam in territorio suo subinnuens*, comparent, *tribus simul circa*  
*ipsum stellis*, sed diversis, ut patet, in locis *conspicuis*, *Gene-*  
*ri forte claritatem* indicantibus. De nomine cudentis Comitis dubi-  
tare nos haud permittit *inscriptio*, qva explicatius vix quid-  
quam potuisse dici, aut illi imprimi, ita habens: CO-  
MES HENRICVS DE BLANCCENBERG; cum præsertim  
sit notissimum, in antiquioribus præceptis et *Blanckenberg*  
et *Blanckenburg* indifferenter, quanquam prius frequentius,  
occurrere. Qvo ipso tamen simul in eo majorem deductus  
fui admirationem, qvi factum sit, ut et *hujus Lineæ Comitibus*  
jus monetandi concessum fuerit, traditumq; à summis in  
his terris moderatoribus, nihil præsertim cum mihi, nec  
forte facile alii, ex Scriptoribus innotuerit haec tenus de  
eodem ipsis unquam dato, aut exercito. Fateor, me hæcce  
diu tenuisse ancipitem, minimeq; in adjudicando supra  
laudatæ in nostra terra Familiæ primum. Interim curati-  
us perpendens, qvæ aliis gemina vel inferiori etiam digni-  
tate pollentibus hac in parte contigerint, hacque in pro-  
vincia jura, tum ex ipsis nummis, tum ex præceptis publi-  
cis eluentia, ea, ut aliquandiu suspenderem judicium, fe-  
cerunt. Ita enim mox animum subibant *Comitum Mansfelden-*  
*sium nummi*, de qvibus haec tenus ne diligentissimus qvi-  
dem *Cyriacus Spangenbergius* in suo *Mansfeldensi Chronicō*  
quidquam memoriæ pariter prodiderat. Offerunt vero  
illi, *n Thesauro Schwarzburgico reconditi*, et sub num. 5. et 6. in tabu-  
la I. conspicui, *Burchardum Comitem de Mansveld*, eqvitem arma-  
tum, veld extra vexillum sinistraq; clypeum triangularem,

A 3

vel dextra solum vexillum tenentem, insignibus simul à tergo in uno adjectis propriis, non minus ac simplicibus, rhombis scilicet. Hodie vero, ut hoc ὡς ἐν παρόδῳ ad-dam, illa constant ex quatuor areolis qvarum prima et qvarta ternis ex argento et coco fasciis exaratur, secunda et tertia argentea sex rhombos rubeos dupli ordine dispositos continet, ita de iis nos instruente Spenero. Sicut vero fasciae illæ Querfurtensem designant Dynastiam, cui à Brunone descendentes ab anno 850 usq; ad Brunonem hujus Familiæ ultimum anno 1496 præfuerunt, ita Rhombi ( qvibus antiquitus, uti inter alia ex his etiam videre est nummis, solum in insignibus fuit locus ) Mansfeldensis Comitatus ( e ) δεῖ γμα extitere certissimum. Præter vero, qvod et turrim unus ostentet, sub eqvo, his etiam gaudet circa impressis literis: BORCHARDVS DE MANSVELT. alter vero istis; BORCHARDVS DEMONSVELT. Si qvid ergo hic dandum conjecturis est, putarem, eas vel de Burcardo V. anno 1189. demortuo, vel de Burcardo VI. Comite non solum de Mansvlt, sed et Dynasta præterea Querfurtensi et Burggravio Magdeburgensi, esse conflatos, qui nempe circa annum 1219 vixit, ac Ottonis primum Cæsaris partes in bello inter ipsum et Fridericum fecutus, ejus gratia cum aliis Comitibus, Hermano Landgravio adversantibus, Weisenseham obsedit, qvas tamen mox deserens ad Fridericum se contulit; ( f ) itemq; anno 1216 Ottonem, Archiepiscopum Magdeburgensem, ex captivitate, in quam Cæsaris Ottonis Praefectus ipsum conjecerat, liberavit, circa annum 1242 vivere desiens. Vxor ipsi fuerat Sophia, filia Burcardi, Comitis Mansfeldensis, et Elisabethæ, Comitis de Schwarzburg, fundatrixis Monasterii monialium anno 1230. in valle primum ante Mansfeldense oppidum, postea vero Rodardesdorffum ac deniq;

Helf-

---

(e) Spener. Part. I. Herald. Op. p. 246. 247. (f) Spangenb. Chron. Qverf. p. 280. 282. Ejusd. Chron. Saxon. p. 427. 428. 439.

*Helfram* translati. (g) Sunt qvoqve et aliri eorum minores nummi, qvos *penningos* appellare consverunt, sub numero 7. adductos, insignia saltim ipsorum referentes eaq; recentioracum litera M. Mansfeldenses illos ipsos esse nummos sine dubio monente. Et cum aliquot jam præterfluxerint secula, qvod argenti fodinis sese extulerit horum Comitum provincia, dubitandum non est, aliquem Cæsarum illos Dominos Comites, monetandi jure donasse. Mox succurrebant *Hennebergenium Comitum numismata*, qvorum duo n. 8 et 9. Tab. I. speciminis loco adjeci, vel *solam* signantes Gallinam rudi plane arte pro seculi more typō effictam, vel ut in minori penningo, sub numero 8, repræsentato, videre licet, *Gallinam Galeæ junctam*. Posteriorem sub n. 9. qvi in Nummophylacio Electorali Dresdensi asservatur, crederem, [cum in Misnia multis eum aliis *Henrici Illustris* nummis fuerit repertus, et cūdendi ratio ab illo tempore non abludat] à *Jutta*, *Porponi*, Hennebergensi Comiti, post Theoderici Marchionis Misnensis, prioris mariti morte, nupta, (h) multumq; et consiliis et copiis, ut Misniæ partem Hennebergicæ ditioni adjiceret, laborante, Misniæ fuisse illatum. Aher, qvi minor est, recentius sapit ævum, seculoq; decimo qvinquaginta videtur conflatus. Sed de his plura promittere nobis habemus ab insigni studio, qvod *Clarissimu Vir. M. Christianus Junckerus*, haec tenus in iis undiqvaque colligendis, evulgandisqve propediem, posuit. Mox in animum revocabam *Comitum Palatinorum Saxonie* signa vetera, ut Ciceronis voce utar, qvorum qvinquaginta icones (i) numeris 10. 11. 12. 13. 14. notatas simul lite.

---

(g) Spang. Chron. Qverf. p. 278. et Chron. Sax. p. 437.

(h) Historia Erphesphordensis C. 38. p. 923. Fabric. Orig. Sax. p. 575 seqv. Reusn. Stemma Sax. p. 32 Spangenb. Chron. Sax. p. 431. et Chron. Thur. pasim. Fausti Geneal. Sax. p. 125.

(i) Qvas Plur. Rev. Dn. Oleario me itidem debere gratus profiteor.

subjicio. **P**rimus eqvitem armatum, clypeo (in quo aquila transversim posita) gladio et vexillo insignem una cum literis: FRIDERICVS CONES; alter iterum eqvitem eodem scuto aquila signato, tectum, cætera ejusdem prope formæ, tribusque insuper aquilis nummi oræ in quatuor ejus quasi angulis impositis, intuentium obiicit oculis. **D**uodecimus numero et decimus tertius à tergo, decimus quartus vero et in scuto, et à tergo et sub eqvo aquilam offert ex veterum more semper **μονοκέφαλον**, Palatinorum Saxonia Comitum, ut ex Friderici Admorsi elucet sigillo, sub finem forte ad jiciendo, insigne proprium. Cæterum primum Friderico III. Comiti Palatino aliquando attribui, pluribus de eo sicut o' Deos ΕΦΕΛΗ in pleniore Historia Saxonica antiquiori, quæ propemodū nunc mihi affecta est, acturus. Oculis porrè iterum itemque oberrabant Comitum Orlamundanorum nummi, quos evidem an extant, aliquando (k) vocavi in dubium, sed illos olim omnino emisisse in publicum nummos, id nunc ex Ludovici Bavari, Romanorum Regis, notitia Anno 1344. perscripta, quia Friderico, Marchioni Misnensi Comitatum Orlamundanum commisit in feudum, comperatum habeo, in qua inter alia hæcce: So habē wir die obgenannte Graffschafft mit Mannschafften / Lehnern geistlich und weltlich / mit jagtenn / Wasserinn und Wäldernn / Straßenn / Zöllenn und MUNZEN / mit Gerichten / und gemeiniglich mit allen rechten Ehren und Nutzen besucht und unbesucht etc. die zu derselben Graffschafft GEHÖREN UND VON ALTERG  
GEHÖRETE HABEN / dem vorgenandten unserm Sone Friedrichen / Marchgraffen zu Miszen / und seinem Erbene zu rechten Erblehne gelihen, etc. Datum Nürnberg 1344. Montag vor Johannis. Et cum insignia horum Comitum Leonem nigrum gradientem cum corona rubra, vel ut Beierus vult,

---

(k) In Epistola de Nummis Altenburgensibus ad W. E. Tentzelium Anno 1696. perscripta p. 2.

vult, aurea<sup>(1)</sup> contineant, nescio annon ipsis ille, qvem  
n. 17. Tabulæ II. inseri curavi, apud Beatum P.M. Sagittari-  
um olim mihi visus, iisdem competit. Replicabam denique  
memoria, et *Burggraviorum Leisniccensium*, et *Comitum Kevernbur-  
gensium*, et *Schauenburgensium*, et *Stolbergensium*, et *Lobdeburgensium* et  
*Arnshaugensium*, et *Dominorum de Salza*, qvin & ipsorum *Illustriſſ.*  
*Comitum Schwarzbburgensium*, qvi sangvine Blanckenburgens-  
ses attigerunt, signatam qvondam pecuniam, de qua qvid  
mihi observatum subindefuerit, vel obiter hic adhuc no-  
tasse, Patrone optime, nec inconveniens erit, nec TIBI,  
qvod eqvidem spero, ingratum.

Burggraviis nempe Leisniccensibus (qvorum Genealo-  
giam nobis jam olim dedit Petrus Albinus, (m) à B.P.M. Sa-  
gittario pleniori cum Comentario auſtiorem olim promis-  
sam,) ab Henrico V. Cæſare jam permisum fuisse, mone-  
tam (cujus figura mihi hucusque incognita) edere in  
publicum, ex fragmento diplomatis MSti, qvod Tauchvvi-  
zitus, Pastor qvondam Monstabiensis, Collectaneis suis  
MStis Altenburgensibus inseruerat, forte sub finem Epi-  
stolæ, si accepero, adjiciendi, mihi probe constat.

Ad *Kevernburgensium Comitum* bracteatos sunt, qvi illum  
n. 18. Tabulæ II. insculptum ob convenientiam figuræ im-  
pressæ cum sigillo(n)e orundem et insignib<sup>(o)</sup> referunt;

B

Sed

(1) In Geogr. Jenensi p. 281. Conf. Spangenb. Specul. Nobilit. p. II. L. 12. c. 35. f. 521. b. Pet. Albinus in Geneal. Saxon. p. 228. et in Chron. Misn. p. 376.

(m) Edit. Lipsiæ 1587. in forma octava.

(n) Qvod vide in Weckii Chron. Dresd. p. 156. et āme Tabulæ I. ad Nummos Arnstadienses denuò æri incisum.

(o) Existimant enim novem glandes ipsorum insignia con-  
stituisse, sed rectius tot folia de tribus ramuscuculis pendentia  
creduntur, docente sigilli figura l. c. apud Weckium, qvamvis  
antiqvioribus temporibus Leonem fuisse, indicio sit statua Sitzo-  
nis, Comitis de Kevernburg in Ecclesia Cathedrali Numburgensi,

hodie

Sed cum Leo potius ipsorum olim insignia constituerit, & ramusculi illi galeæ ornementum saltem (meo iudicio) dederint, nescio, quantum veritatis huic insit opinione. De Glichenium Comitum quid referam nummis, nihil in promptu est, dum & de iisdem in illorum Historia, a B. D. Caspare Sagittario, Praeceptore post cineres venerando, magno studio ex Archivo Tonnensi congesta, altum est silentium. De Schauenburgicis vero numismatibus antiquioribus, silentibus Scriptoribus, ipsum hoc illorum Comitum jus distinete loquitur nummus sub n. 19. à me allatus & à Rever. Dn. Dan. Papebrochis Thesauro Schwarzburgico dono illustratus. Leguntur in illo hæc: MONETA COMITIS DE SCHaumburg. Ad sunt præterea insignia consveta, Urticæ scilicet folium inversum, et non Sol, Sonneburgici Comitatus Symbolum, ut quidam existimarunt, neq; stella, ut alii opinati sunt. Nam quāvis et hanc in insignibus suis Comites de Schauenburg præferant, illa tamē recenter accesit. Habeo in hoc faviter consentientem Dn. Spenerum, et in P. I. artis Heraldicæ L. 1. c. 86. §. 3. ita scribentem: Comitum Schauenburgi scutum exhibet Sibmacheri Wapenb. P. I. 18. quadripartitum. Prima areola, quæ eadem etiam quarta est, aurea continet stellam rubam, notando Comitatu Sternbergico. Huj primos Dominos lego ex Waldeccia et Svalenbergia Gente duci. Inde inter se Lippiæ et Schauenburgi Comites de eo Comitatu contendere. Demum Otonis Schauenburgii filia Anna, cum Bernardo, Comiti Lippiæ, nuberet, ut lites terminarentur, dotalem Comitatum marito attulit. Et quando idem

hodie adhuc videnda, qua stans tenensq; sinistra scutū in quo Leo flampus, visutur. Et teste Sylvetri Libenii Chronico Salfeldensi M. Sto suo tempore tabula in ruderibus Kevernburgicæ arcis reperta fuit, in qua Sigehardus cum aliis pictus, sinistra scutum cum Leone flavo, dextra vexillum tenens apparuit. Galeæ proinde potius ornementum crederem. Aliud mihi visum fuit, cum nummos Arnstadienses ederem, de quo in Disserat de iisdem p. A. 4. b. nunc posteriores adjicere allibuit cogitationes. Conf. Alb. Chron. Misn, p. 202.

idem capite præcedente 54. §. 5. monet ex Piderit. Chron.  
P. 2. p. 532. 581. i. Comitatum hunc Sternbergium, Adolphum,  
(hujus nominis sine dubio (\*)) VII Comitem Schaumbur-  
gicum, anno 1399. Henrico ultimo, Comite Lippiensi, defun-  
cto, sibi addixisse, et contra Lippienses jure sanguinis pro-  
ximi eum prætendisse, ex quo multæ longæq; contenti-  
ones fuerint exortæ, donec circa finem seculi decimi qvinti  
ti Bernardo, Lippiæ Comiti, Otto, Comes Schauenburgicus, filiam  
*Annam* uxorem dedisset, eidē hoc Comitatu dotis loco tra-  
dito, ex eo palam fit, num̄ hunc huic Adolphi VII, plane non  
posse tribui, ætate qvippe istum longe superantem. Loco  
vero supra citato pergit laudat? Spenerus: Areola secunda  
et tertia argento tingitur, inducta fascia rubea tribus  
palis aureis interdistincta. Hæc tessera est Gehmensis Dy-  
nastiæ in territorio Monasteriensi. His vero mox subjicit:  
*Urtica* designatur Comitus Schauenburgicus. Vide Wapenb. P. 2. p.  
18. quamvis etiam Holsatia eodem symbolo pariter notetur, Imo Danck-  
werth in Holsatia Lib. 3. c. 2. p. 182. non audet plane defini-  
re, Schauenburgici an Holsatici Comitatus tessera prius haec fuerit. Al-  
legat vero ex Spangenbergo, quod Adolphus I. Comes Schau-  
enburgi antea gestarit in argenteo scuto leonem coeruleum,  
cum vero arcem Schauenburg condidisset in monte Nettelberg  
sive Nesselberg, à Conrado II. Imperatore Urticam accepisse; suamque  
hanc addit sententiam: Meine Muthmaßung ist/ daß Graff  
Adolff der dritte / nachdem er ganz Holstein / Dietmarsen mitge-  
rechnet/einbekommen/hatte von der Figur des Landes Holstein die ei-  
nem auff der Spize stehendem Nesselblatte ähnlich/ also daß  
die zwey Häupter in Wagern und Dietmarsen die andere und  
dritte Spize machen/ das Wappen eines Nesselblattes / und bald  
darauff die drey Nägel/ vielleicht von Kaiser Friedrich dem ersten/  
mit dem Er in das gelobte Land gezogen/ oder auch von den Bis-  
chöffen kurz vor dem andern Zug in Palæstinam erlanget.

B 2

E.

(\*) Sed quando Henninges Tom II. oper. Geneal. Adolphum  
an 1390. jam tradit demortuum, certe unus ex his fallitur.

Egregie ista confirmantur nummo nostro antiquiori et  
in tempora Adolphi III. vel IV. incidente, quod ex monē-  
tandi ratione satis constare videtur. An vero Adolpho III.  
qui testis anno 1108 in diplomate Ottonis IV. apud Bruns-  
vvig Magdeburgensibus dato adducitur, (k) an IV, qui  
a. 1164 in bello cum Obotritis cecidit, Lubecam a. 1143. con-  
dere cœpit, et combustam Henrico Leoni concessit, præ-  
cise tribuendus, in tantis rei nummariæ tenebris & plus-  
quam Cimmeriis quis perspiciat? cum veritatis hujus de-  
monstrationi plane non sit locus. Urticæ adeoque folium  
in clypeo, ad latus utrumque turres, cruce super immi-  
nente, cernimus, Schauenburgici Comitatus insignia ve-  
tera, propria; Adolphi nummum novimus ex inscriptione;  
antiquitatem ejusdem, ut in cæteris, veneramur. Cæte-  
rum, quæ de Stolbergensium Comitum nummis bracteatis ob-  
servavi, ea jam in Schediasmate de Nummis Arnstadiensibus expo-  
sui, referendo scilicet ad eosdem illos, qui cervum seor-  
sim visui exposauit, sub num. 20. 21. Tabulæ II. insertos.  
Imo & Arnshaugensibus Comitibus propriam olim fuisse mone-  
tam, confirmat nummus in pago Linda propter Neosta-  
dium à rustico inter arandum ante aliquot annos re-  
pertus, magnitudine grossum æquans Bohemicum, &  
à M. Johanne Stenlero, Archidiacono Neostadiensi ad Orilam,  
inspectus, lectus, et in suis Annalibus Neostadiensibus an-  
notatus. Una ejusdem facies Comitem galea teclum & scipionem  
ad extra tenentem ostenderat, his circa impressis literis: CON-  
RAT. COM. ARNSHAG: altera vero insignia obtulerat,  
sex trabe scilicet, infistentibus iisdem galeis apertis pennis-  
que pavoninis ornatis, medio Leone, ac his circa literis:  
DNS. IN AUMA. POSN. ET TRIP. Communicarem  
hic illius iconem, nisi superiori anno, mense Augusto,  
incendio ex fulmine totus iste absumptus fuisset pagus,  
& cum isto etiam hic ipse ex rarioribus nummus. Interim

(k) vocatur ibi Adolphus de Scouwenburg.

cum notum sit, possedit istos Comites Neostadium ad Ori-  
lam, Aumam, Posnicum et Triptis cum 72. pagis, & insignia cum de-  
scriptione eorum egregie convenient, (p) de veritate  
ejus ut dubitemus, non est. Pervenit pars hujus Comita-  
tus, (cui denominationem ipsa arx Arnshaugia dederat, &  
cujus residua adhuc turris superiori demum anno Mense  
Augusto sereno meridie concidit) ipsa scilicet arx Arnshau-  
gia, quadrans civitatis Jenæ (q) Kabla, Neostadium ad Orilam, Leuch-  
tenburg ad Marchiones Misnenses, & in specie ad Fridericum admor-

B 3

sum

(p) Ita enim totidem verbis Beierus in Geographo Jenensi  
p. 243. Die Lobdeburgischen / Leuchtenburgischen / Bergauischen  
haben in weissen Felde rothe Balcken / hingegen die Arnshau-  
gischen und Elsterbergischen im rothen Felde weisse Balcken / Bey-  
de aber Büsche von Pfauen Federn auff den offenem Helm. Et  
ante eum iam Albinus im Sächs. Etambuch p. 254. Der Graff-  
schafft Arnshaug sambt der Herrschaft Esterburg wappen ist einer-  
ley gewesen: wie auch der beyden Herrschaften Lobdenburg und  
Leuchtenburg / so nur mit Verkehrung der Farben von dem ersten  
unterschieden / alß daß Arnshag und Elsterburg rothe Balcken  
in weiß haben / dagegen die andern zwey weisse Balcken in den  
rothen Schilden führen. Et idem in der Meisnischen Landt  
Chron. p. 199. Das Arnshagische Wappen ist ein rother brei-  
ter Balcken im weissen Schild überecke gezogen etc.

(q) Albin. Meisn. Chron. p. 198. Man schreibt/ daß dieser  
Marggraff Friedrich/ der freudige/ als Er in 1300 Jahr Elisabeth  
Gräfin von Arnshag oder Arnsheyn geeheligt/damahls mit ihr bekom-  
men habe Neustadt / Jena / Calannd andere Thuringische Städ-  
te. Die alte Meynische Chronicle setzt/ er habe mit ihr bekommen  
Marelsheyn / Neustadt / Jena mit den ümbliegenden Pflegern /  
welche dismahl dem Thyringerlandt anhengig worden / da meines  
erachtens Arnshayn vor Marelsheyn stehen soll. Contradicere ta-  
mensibi videtur seqv. p. 199. scribens Fridericum Kahlam & Leuch-  
tenburgum ope Erfurtensium Comitibus Schwvarzburgicis  
eripuisse, Conf. p. 204. & Beieri Geogr. Jen. p. 155. 273. & in primis  
p. 59.

sum (r) per Elisabetham, Ottonis, Comitis de Arnshaug, & Adel-haidis, de Castel Comitissæ filiam, eidem anno 1300, nuptam, (s) nomine dotalitii. Noti alias ex hac familia sunt præter jam jam memoratum Ottонem ultimum, & ali-us adhuc Otto a. 1288. (t) Albertus et Hermannus 1286. (u) Bus-so & Hermannus 1305 (x) sed qvod Conradum unquam repe-rerim, meminisce neqveo, adeoqve in solo huc usqve nummo cernendum.

De Lobdeburgensium Comitum moneta indubios nos reddit nummus seqventis inscriptionis: FARMAN DE LOP-DEBVRG, in Thesauro Schwarzburgico reperiendus, ac sub numero 22. Tabulæ II. insculptus. Fateor eqvidem, in to-ta Lobdeburgensium Comitum Gente nullum ha-te-nus me investigare potuisse, cui Farmanni fuerit no-men, ut inde credam, ex sculptoris, qvi non infreqvens alias est, errore, primam literam mutatam fuisse in F, sic-qve vel HARTMANNVM, qvi anno 1225. cum Hermanno testis adducitur in diplomate Ludovici Sancti, Landgravii Thuringiae, qvo Engelhardo Episcopo Numburgensi & Johanni Abbatи Monasterii S. Johannis Advocatiam super Monasterium S. Georgii Numburgi tradit; vel HER-MANNUM, qvi Alberti superbi, Misniæ Marclionis, du-xit filiam, Christinam nomine, cujusqve mentio ad a. 1225 apud

---

(r) Fabric. Orig. Sax. p. 604. Beier. Geogr. Jenensi p. 59. & 214. Meibomius in notis ad Chronicon Marienthalense. Alb. Chron. Misn. t. 15. p. 198.

(s) Fabric. l.c. Tentzelii Histor. Goth. supplem. II. §. 31. & 68. qvamvis alii ad annum 1301. 1303. 1304. id referant. Albini Meisn. Chron. p. 198.

(t) Fabr. Annal. Misn. p. 45.

(u) Beier. Geogr. Jen. p. 71.

(x) Idem Geog. Jen. p. 239.

apud Scriptores (y) injicitur, in illo legi debere, ac reponi. Sed de hoc, ut operosius hic agam, causae nihil est, cum penes me constituerim, de ista Comitum Familia singulari dissertatione, multis memorabilibusque diplomatib⁹ ab ipsis olim profectis distincta, exquisitus agere atque propediem. Sed oblitus ferè fuissem *Dominorum de Salza*, non ignobilis olim in terra Thuringiaca Gentis, qvorum memoriam in tempore adhuc mihi istorum refricat numerus. Sedens in eo consveto modo conspicitur vir, ac velut ad judicium faciendum compositus, mitraque caput teat⁹, circumscriptam præferens in interiori circulo vocem: SALZA, satis sic clare locum, ubi olim confederit, prodentem; in exteriori vero literas: tVtAtVtA+, qvæ quid velint, aliis agat Oedipum. (z) Certe Fridericum gravem anno 1346. dimidium urbis ac dynastiæ à Fratre uno natuqve majore de Salza coëmisce, altera parte à reliquo duobus fratribus Episcopo Moguntino jam vendita, quod multarum postea etiam litium imo & ipsius urbis Salzensis oppugnationis, expugnationis et conflagrationis, in qua 978. incolarum perire, causa fuit, multi ac non contemnendi autores testes sunt. [a] Qvam tamen et aliquando post filius ejus Illustris. Balthasar, Landgravius Thuringiæ, commutatione aliorum bonorum cum Moguntino Præfule anno 1402 instituta, Thuringiæ denuo adjunxit, ac sic totam istam Dynastiam ad Domum Saxoniam transtulit. [b] Usi fuerunt insignium loco cornu arietis

---

(y) Beier. Geogr. Jen. p. 227. 228. Fabric. Orig. Sax. l. 5. f. 595. Reusneri Geneal. Wittik. p. 32.

(z) Meo judicio nomen proprium sedentis in eo Domini videntur exprimere.

(a) Autor historiæ de Landgraviis Thuringiæ p. 440. Albin. Chron. Misn. p. 199. 202. & in Geneal. Duc. Sax. p. 258. Fabric. Orig. Sax. p. 652. 654. Paullini Annal. Isen. p. 82, & 106.

(b) Vid. laudati modo Autores.

arietis (c) vel ut alii volunt *Hammonis*, qvorum originem & antiquitatem Albin⁹ eqvidem se aliquando traditum promisit, nescio an fecerit. Cui vero, ut ad nummum redeam, ex his Dominis assignem, non video, cum eorum Familia hodie adhuc cubet in obscurioribus. Offendi eqvidem *Hermannum de Salza, Magistrum Ordinis Teutonic⁹* IV. anno 1210 (1211) ele⁹tum, [d] & anno 1246 demortuum ac in Barletto sepultum, cujus qvi laudes legere velit decantatas, Dusburgium accedat. Hic vero an sit, an ali⁹, qvæſo, qvis divinare audeat. Hoc interim novi ex Spangenbergio, [e] anno 1409 ultimum horum Dominorum familiæ suæ clausisse januam, qvæ in præsens de iis, donec dies certiora me edoceat, sufficiant. Cujus figuræ & magnitudinis nummos *Illustissimi Comites Schwarzburgici* olim nobis dederint, hoc in *Dissertatione de Nummis Arnstadiensibus* detegi. Pervenerunt nempe ad nos Arnstadii & Salfeldiæ (nam & hæc olim ipſis paruit) cusi, qvi non solum Leonem repræsentant gradientem cum literis: ARNSTETE, sed & caput saltem Leonis coronatum; itemq; aqvilam bicipitem, vel μονοκέφαλον, vel caput tantum aut μονοκέφαλη, aut bicipitis aqvilæ cum literis SWARCZ vel SWARZ, tum minoris formæ, in memorata disseratione exhibiti, tum majoris, qvam in unico saltem hic sub num. 23 adjecto cum literis: NV NV. repetitam vocem NVmmi indicantibus, attendere licuit.

Hæc proinde dum penitus apud me excutio, flectere illameum paulo magis videbantur assensum, sensimq; ad nummum istum TVVM *Comiib⁹ Blanckenburgensib⁹ nostræ terræ* vindicandum, abducere, tum qvod *Familiam quandam*

fin.

(c) Albin. Chron. Misn p. 199. & p. 427. ubi ligno ea incisa exhibuit, uti & in Genealogia Ducum Sax. p. 258.

(d) Consule scilicet Petri de Dusburg *Chronicon Prusiaæ* p. 7. & Schutzii *Chron. Prusiaæ*.

(e) *Chron. Henneb.* p. 209.

singulariter ita olim appellatam, tum qvod sangvinis propinquitate etiam SCWARZ BVRGICAM attigisse ex Scriptorum lectione & Diplomatum perlustratione accuratori cognoveram. Accedebat, qvod & mox deprehendebam, arcem illam Blanckenburgicam, sedem illorum Comitum præcipuam, una cum proxime adjacente Oppido, ab arce non men sortito, *fendum*, ut hodie, sic & antiquioribus temporibus una cum arce Schwarzburgica et Königsha exstitisse Imperiale, & sicut posteriora olim immediate Regibus Germaniæ subiecta, ita & singularib⁹ ac præcipue *monetandi*, *jurib⁹* ac privilegiis fuisse loca maestata. (f) Idem ergo jus de Blanckenhurgo mihi præsumenti restabat nihil, nisi speciales Imperatoris cuiusdam literæ, id totidem verbis confirmantes, in quas etiam non longa interiecta mora incido, easdem mox infra ad verbum recitaturus.

*Blanckenburgica* vero arx nostra in vicinia sita, dum iterum iterumque meam subit mentem, de antiquitate ejusdem simul cogitare incipio. Atque de singulari certe gloriari posset, si certo affirmari queat, de illa pronunciata fuisse ea, quæ habet *Autor Chronicus Bigangiensis* pag. 257. ad annum MCXXXI: *Hermannus de Wincenburg per Regem custodia in Blanckenborg mancipatur*. Sed quando mox ibidem pergit p. 265: *Fridericus, Episcopus Halberstadiensis, obsecrit BLANCKENBURC in quadragesima: quæ sola manserat Ducis fidem servans; vero admodum redditur simile, verba illa de inferioris Saxonie Blan-*

C ken-

(f) Ita enim anno 1442. *Fridericus, Imperator, ratione Imperii, (vom Reich) supra memoratas urbes Gunthero, Comiti Schvwarzburgico, in beneficium dedit: Die Veste Schwarzburg/ die Stadt zu Königsee mit iher Wiltpanē/ Fischwäfern/ Bergwercken/ Gefällen/ MUNIZEN/ Gerichten/ Obersten und Niedersten/ und allen Zugehörungen/ und die Vogtey über das Closter Paulin Zell/ item die Veste Ehrenstein/ mit allen Zugehörungen/ haben wir ic. Geben zu Nürnberg Anno 1442. nechste Mitwoche vor dem H. Pfingstage/ unsers Reichs im dritten Jahr. oitli xccii (d)*

ckenburgo venire capienda. Sit vero, allata ista de inferioris  
Saxoniæ Familiæ sede esse intelligenda, non minorem ta-  
men & huic nostræ arcî competere antiquitatem velex eo  
liqvere potest satis, qvod multis jam retro seculis singularis  
*Lineæ Comitibus Schwarzburgicis aulam præbuerit atque commorationem;*  
immo *Burgum* istam fuisse, pro istius seculi genio satis mu-  
nitum, qvod Castellum hodie vocamus, exinde constat,  
qvod & Castrenses (*Borgmänner*) (perinde ac *Gothena ac Alten-*  
*burgicæ arces*) ex militibus & nobilibus allectos, defensioni-  
que ejusdem contra omnem vim externam invigilantes  
ac pro isto ipsorum studio certis à Domino mactatos be-  
neficiis, olim continuerit. Anno siquidem jam  
1272. ejusmodi *Castrensem* in diplomate *Güntheri, Comitis Se-*  
*nioris de Schwarburg,* (g) laudatum reperi *Lamberum de Tanheim,*  
sine dubio nomen nobilitatisque notam à pago, non procul  
ab *Arnstadtio* sito, sortitum. Sed satis de loco illo, quem  
*Königseha, Salfeldia et Rudolstadium*, in triangulo quasi constituta,  
& vix per milliare inter se distantia, habent medium, *arce*  
non solum sua, cui olim viti choreæ (*Weits Dantz*) fuere  
appictæ; (h) sed & subiecto *Oppido* haud contemnen-  
do, notabili.

Nunc videam restat, cui ex hac Familia commode pos-  
sit vindicari, atque, qvod suum olim fuit, restitui. Sane  
sicut & amplitudine provinciæ & administratione ejus-  
dem **FAMILIA ILLVSTRISSIMORVM COMITVM**  
**SCHWARZBURGICA** multas antecesit olim hodieque  
sui ordinis alias, ita & magnæ semper dignitatis in Impe-  
rio Germanico existit atque authoritatis præcipuæ.

(g) Ejustale initium: Nos *Güntherus, Comes Senior in Schwarz-*  
*burg,* recognoscimus, qvod *Güntherus de Vanre,* civis in Arnstet,  
à *Lamberto milite de Tanheim,* Castrense nostro in Blanckenburg &c.  
datum est anno 1272. d. 4. Non. Martii.

(h) Hoc ex MSto Gualtheri Schvarzb. mihi innotuit.

Hinc freqventes cum summis Principibus cognationes, hinc affinitates, hinc foedera, hinc auxilia. Sed chartame desereret, si in *Illustrissimæ hujus Gentis* defletere vellem laudes, longe meo elogio majores, imo à scopo meo alienas; vix reticendas tamen, si qvæ in *Illustrissimo* qvondam ejusdem *Germine*, qvod eqvidem jam ante aliquot exaruit secula, mihi istud inqvisituro occurrerint.

Uti vero fluvius multis subinde auctus aquis intra littus ita se continere non potest, qvin aliquando excurrat, & alias ex se emittat amnes; ita & hæc *Illustrissima Familia* à multis & sanguinis & fortunæ præsidiis instruëtissima non potuit non cum tempore alias novasqve ex se diffundere. Unde fuit, qvod aliam de *Schwarzburg*, aliam de *Arnste*, aliam de *Sondershausen*, aliam de *Wassenburg*, aliam de *Leuchtenberg*, aliam de *Salfeld*, aliam de *Rudelstad*, aliam denique de *Blanckenburg* olim hodieqve venerati fuerint.

De *ultima* saltem paucis adhuc Tecum Epistola hacce disqvirere placet, occasione scilicet numimi, qvi *Heinricum* nobis curatius perscrutandum commendat *Comitem Blanckenburgicum*, ac in clariorem lucem reponendum. Genealogias vero si consulimus, & in primis *M. Hieronymi Henningesii*, Genealogiarum Conditoris facile Principis, nescio sane, an nostro huic nummo unum sim inventurus, cui illum certò liceat adscribere. Ostendit nobis ille qvidem nonnullos *Henricos*, sed aliquos sine die & Consule, ut in proverbio est, *alios sine denominatione sedis*, unde se scripsere, sed universim omnes *Comites Schwarzburgicos*. Alia ergo mihi ingredienda erit via, videndumqve, ut accuratiorem constituam seriem Generis hujus *Illustrissimi*, vocatis simul aliorum, qvi in isto aliquod operæ fecere pretium, in subsidium laboribus.

Supra vere sicut non unavice jam affirmavi, fuisse olim *Comites*, qvi *denominationem* ab hoc oppido habuerint propriam, ita ut

istud ex diplomatis & Scriptoribus evincam ulterius,  
restare nunc mihi video, attentaturus dehinc, an Genea-  
logiam horundem Comitum dare queam serie, quousque  
licuerit, non interrupta.

Atque ita ex fide Chartarii Monasterii Georgenthali-  
ci referendum habeo, quod Anno 1251. *Henricus Comes de*  
*Schwarzburg*, tutor Heilwigis, Comitissae de Bercha, confir-  
maverit suo & fratribus sui, *Comitis GUNTHERI DE BLAN-*  
*CKENBERG*, nomine monasterio Georgenthalico dona-  
tionem quandam. Sic et eadem fide laudandus mihi est  
idem *GUNTHERUS DE BLANCKENBERG*, anno 1253.  
testis in literis *Henrici, Comitis de Schwarzburg*. Defuncto 1302.  
*Gunthero, Comite Kefernburgico*, Adelheydis ejusdem filia altera,  
quae anno 1280. *Otoni, Comiti Orlamundano*, nupserat, dotis lo-  
eo ipsi Arnstadiæ partem attulit, à quo dehinc illa *ipsa* pars  
una cum *Advocatia* anno 1306. divendita fuit *Gunthero XV.*  
*Comiti Schwarzburgico, & Patrueli* ejus *HENRICO XII. DOMI-*  
*NO IN BLANCKENBURG*, titulo iis exinde etiam  
Dominorum in Arnstadt utentibus. (i) Anno 1302. *Henri-*  
*cum de Blanckenberg*, Ordinis Cisterciensis in diplome *Alber-*  
*ti, Thuringiae Landgravi* citatum reperi. In Seculo, ut olim  
appellabant, etiam anno 1308. vixisse *HENRICUM DE*  
*BLANCKENBERG*, de eo nos satis instruit diploma [k]  
seqvens:

Nos *Adelheydis*, Dei gracia Relicta nobilis viri Comitis,  
*Guntheri de Kevernberg*, recognoscimus, presenti litera & omni-  
bus cupimus esse notum, quod de consensu *dilecti fratribus no-*  
*stri, Comitis Guntheri de Schwarzburg, & etiam patrui nostri CO-*  
*MITIS HEINRICI DE BLANCKENBERCH* vendidi-  
mus dilecto patrui nostro, fratri *Gunthero de Schwarzburg*, pro-

vin.

(i) Tentz, Coll. Menst. 1689 p. 752. & 1691. p. 1025. Olearii  
Chron. Arnst. p. 147.

(k) Vid. Brœmelii Epist. de Archivo Arnstadi, & Olearii Hi-  
stor. Arnst. p. 236.

vinciali terre Culmensis & suo ordini qvatuor talenta Erforden.  
denariorum antui census de Kramis nostris in Arnstete &  
istum censum solvent annis singulis in festo Sancte Wal-  
purgis & in festo beati Michaelis. Theodericus institor  
& Johannes institor occasione qvalibet procul mota. Su-  
per eo presentem literam damus Sigilli nostri munimine  
roboratam. Testes hujus rei sunt, milites strenui Frideri-  
cus de Wizeleyben, Conradus dictus Weyger & W. pre-  
positus Sanctimonialium in Ilmene & plures alii fide digni.  
Acta sunt hec Anno Domini M. CCC. VIII. VII. Kal. Maii.

Anno 1309. Heinricus & Guntherus fratres, Comites de Schwarzb-  
urg, Domini in Blanckenberg interfuerunt cum aliis Principibus  
translationi Monasterii Sanctimonialium in S. Wal-  
purgis monte prope Arnstadium in S. Mariæ Fanum ibi-  
dem, (l) qvorum Illustriss. fratum & anno 1319. eodem ti-  
tulo mentionem fieri, in alia notitia deprehendi. Idem  
forte Guntherus, Comes de Schwarzbuc & Dominus in Blanckenburg  
contulit altari in Nosocomio Salfeldensi qvatuor marcas ar-  
genti cum semiqvadrante. (m) Non longe post Guntherus,  
Senior, Heinricus & Guntherus, fratres, Dei Gratia, Comites de Schwarzb-  
urg, Domini in BLANCKENBURG & Salfeld, inter se in eo con-  
veniunt, ut nullum in posterum civem Salfeldensem sint  
ab oneribus publicis exempturi. (n) Guntherum, qui po-  
stea in Imperatoriū evectus fuit solium, etiam de Blanckenbur-  
go, titulū sumpsisse, indicio est non solum ejus axioma, qvod  
anno 1331. ita habuit: Nos Guntherus, Senior, Comes de Schwarzb-  
urg, DOMINUS IN BLANCKENBURC, Heinricus & Gun-  
therus, fratres, Comites de Schwarzbuc, Domini in Arnstete &c. (o) sed

C 3

&

101

(l) Olear. Chron. Arnstad. p. 248.

(m) Vide Sched. meum de Nummis Salfeld. p. 48.

(n) Datum est diploma 1328. Sonntag nach der Kreuz-  
Wochen.

(o) Debeo hunc titulum Chartario Monasterii Jenensis,

&, qvod Rex factus pignori hanc Praefecturam Hohensteiniis Comitibus anno 1349. die Gregorii opposuerit. Qvin & antea anno 1346. ipse Guntherus, Senior, pactus fuerat cum patruelibus Gunthero, Heinrico & Gunthero juniore de Burgo Salfeldensi ac Blanckenburgo, atque ita, ut Guntherus ista retineret, patruelis verò 140. marcas argenti annui census ipsi ex censu Franckenhusano solverent, pagum Schwarza traderent, & in bello, si contingeret, cives Salfeldenses ipsi assisterent.

(p) Anno 1381. Heinricus & Guntherus, Comites fratres de Schwarzburg, Domini in Arnstadt & Sondershausen, ab Heinrico & Gunthero fratribus, Comitibus de SCHWARZBURC, Dominis in Blanckenburg & Ranis cöemerunt arcem ac urbem Arnstadiam cum civitate Plaviensi pro 12500. marcis argenti examinati.

(q) Acidem forte Henricus, Comes in Schwarzburg, Dominus in Blanckenburg & Salfeld, fuit, qvi cum Henrico & Gunthero Comitibus de Schwarzburg, Dominis in Sondershausen & Frankenhausen convenit, ut omnes præfecturæ ac bona omnibus essent communia. Nec prætereundum mihi est, qvod Georgius Fabricius (r) refert de Henrico & Gunthero, patruelibus, Comitibus Schwarzburgicis. Hi pacto inter se convenerant, ut alter hæredibus carenti, vel iisdem orbato, succederet, ne Gentis dignitas caperet detrimentum. Henricus Arnstadium & Sundershusam, Guntherus Svaczeburgum & BLANCKENBURGUM possederat. Accidit vero, ut, Henrico primùm demortuo, filius ejus, cui idem Henrici nomen erat, bonis Guntheri, qvi prole eqvidem carebat mascula, vi foederis istius, ut suis unteretur, sordideqve præterea ac inhumaniter tractaret seinem, ne de viciu qvidem satis eidem prospiciens. Quarei

(p) Datum est diploma Arnstadii 1346. Dienstags nach aller Mann Fasnacht.

(q) Olear. Histor. Arnstad. p. 260.

(r) Orig. Sax. L. 7. p. 762. 763. & ex eo Toppius de Blanckenburgo in rebus Schwarzburgicis.

rei indignitate Guntherus senex permotus, nihilque admonitionibus suis apud ipsum proficere intelligens, recum suis tribus Generis deliberata, ditionem suam anno 1449. Electori Friderico II. resignavit, qui ad sufficientem sui sustentationem & arcem Tarantinam & fructus Oppidi Dippoldiswaldensis ipsi vicissim assignaverat, dotis etiam nomine tribus ipsius Generis novem millibus florenorum solutis. Qvo facto unus ex ejus Generis Heinricus, Gera Dominus, Electoris nomine statim arcem Schwarzburgicam occupavit, Heinricus contra Schwarzburgicus & Glichenfis & Stolbergensis adiutus copiis pro viribus restitit, atque ita ut gliscens hec bellum, partes exinde Henrici Wilhelmo, Electoris fratre, etiam tuente, in cruentum satis erumperet; ita tamen eodem tandem post utrinque & datas & acceptas clades composite, ut Schuvarzeburgum & Blanckenburgum Henrico restituerentur, bona utpote haereditaria. Ex illo vero tempore inserta Comitatui Schwarzburgico praefectura Blanckenburgica ita cum eodem coaluit, ut nulli amplius stemmati peculiarem dederit denominationem. Hinc nihil mihi superesse nunc video, quam ut ex promisso ex dictis jam aliisque Scriptoribus subnatam hic subjiciam illorum Genealogiam:

Heinricus, Com.  
de Schwarzb. 1184.  
Vx. Com. Winzenb.

Conradus Heinricus Guntherus VI.

VII. 1230. Com. in Blancken-  
Vx. Irmengar- burg 1209. 1212. .IXX  
dis Com. .IXX .IXX  
de Kevernb. .IXX

Heinricus VIII. Guntherus VII. Albertus II.

Com. de Schw. Com. de Schw.  
1253. Dns. in Blanckb.  
Vx. Sophia 1230.  
Com. Hohnstein. b

Hein-

NB, a



Heinricus Guntherus  
IX. VIII.

Heinricus X.  
Com. de Schw.  
Dnus in Blancken-  
burg. Autor lin.  
Blanckenburgicæ:  
1287.

Guntherus XIV. Heinricus XII. Guntherus XV. Gunth. XVI. Hen-  
ord. Mariani Com. de Schw. C. de Schvv. Dns. ordinis ric9  
eqves. Dn. in Blancken- de Blanckenb. Domin. XIII,  
burg 1324. 1297. 1324. can. mon.  
Vx. I. Christina  
II. Utha

Guntherus Henricus  
XX. Cano- XV. Com. de  
nicus Magd. Schvvarzb. Dn.  
in Blanckenb.  
& Arnst. 1336.  
Vx. Elif. Com.  
de Orlamunde.

Guntherus XXI.  
C. S. Dns de Arn-  
stadt electus  
Rom. Imp. † 1349.  
Vx. Elisab. filia  
Austriæ Ducis.  
(aliis Dieterici  
Hohnst. Com. filia.)

Henricus XVII. C. de Schvv. Dn9  
Arnst. Sondersh.  
& Blanckenb.  
1338.

Gunther XXV. 1343. Vide NB. c  
XVIII. post  
patrem statim  
1368. mortuus,

Heinricus Heinricus Heinricus Gunther  
XXI. XXII. XXIII. XXVIII.  
Dn. Arnst. Vx. Com.  
& Blanck- de Henneb.  
mort. Herm. fil.  
*et alii.*

Elisabetha  
ante patrem mort.

c Henr

Henricus Gunther Gunther  
XXV. XXIX. XXXI.  
† 1413.

Henricus Gunther Gunther  
XXVII. XXXIII. XXVIII. XXXV.  
† 1403. Episc. Mag. cœlebs Sacri ordi-  
deb. †. 1445. nis.  
|| 1445.

Henricus XXXI.  
† 1488.  
||

Henric⁹ Gunth. Henr. Henr. Henr. Henr. Gunther Guntherus  
XXXII. XXXVI. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. Pater omni-

um hodie  
viventium  
Henricus Illustriſſ.  
XXXVIII. Com.de  
|| Schvvarzb.

Heinricus Wilhelmus  
ante patrem †.

In producta nunc solicitius dum exqviro Genealogia  
Comitem Henricum de Blanckenburg, non aliū deprehendere mihi  
licet num̄i nostri cudentē Dominum, qvam Henricum X. Linea  
ipsius Blanckenburgica Autorem. Nam cum Guntherus, pater, an-  
nis jam 1251. & 1253. ut supra ostensum fuit, Comes Guntherus de  
Blanckenburg audiat, cur non & filius ipsius Comes Henricus de  
Blanckenberg? Et nescio sane, annon verba diplomatis anno  
1308. dati ac supra adducti, in quo totidem verbis Comes Hen-  
ricus de Blanckenberg memoratur, de Henrico X. magis sint in-  
telligenda, qvam de Henrico XII. ejusdem filio? Et sit, de filio  
D ista

ista esse amplectenda, nonne & iste arguit titulus, *eadem & Patrem fuisse gavisum axiomate*, cui ratio crudendi, quæ in numero observatur, in annum circiter 1240, incidens, optime omnium quadrare videtur.

Ut vero tandem conficiam, & extra omnem dubitationis aleam, statuam singulari illo monetandi jure *Blanckenburgum* hocce nostrum fuisse ab Imperatoribus olim donatum, **LUDOVICI**, *Bavari, Cæsaris*, notitia, anno M.CCC.XXIII. Ratisbonæ conscripta, testimonio hic mihi sit, & nisi me fallunt omnia, satis luculento, quod ita habet:

Nos *Ludovicus*. Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, tenore presentium confitemur, nos *Nobilibus Viris, Heinrico & Gunthero, fratribus, Comitibus de Schwarzburg*, fidelibus nostris dilectis, conjuncta manu feoda subscripta, que à nobis & Sacro Imperio se habere testantur cum solennitate debita contulisse. Oppidum videlicet *Salveld* cum MONETA, thelonio, judiciis & aliis suis pertinentiis universis: ac *castrum PLANCKENBURGK* cum oppido adjacente, nemoribus, venacionibus, MONETA, thelonio, judiciis montanis, que *Werkgerichte* dicuntur, hominibus & bonis aliis, ceterisque suis pertinentiis quibuscumque. Item *castrum zu dem Steine* cum omnibus, que ad ipsum dignoscuntur quomodolibet pertinere. Et omnia singula feoda supra scripta eisdem & eorum cuilibet contulimus in reatum & legale feodium salvis nostris & Imperii juribus & alterius cujuscumque. In cuius rei testimonium presentes literas conscribi & nostre Majestatis sigillo jussimus communiri. Datum Ratispone XI. Kal. Febr. Anno Domini millesimo trecentesimo, vigesimo tertio, Regni vero nostri Anno nono.


Non minus & *Blanckenburgensis monetæ*, quamvis in genere saltem adeoque paulo obscurius, mentio fit in literis feudalibus à Carolo V. Anno 1554. Illustriss. Comitibus Schwarzburgicis concessis, quorum ejusmodi initium:

¶

Wir Karl der fünffte von Gottes Gnaden/Römischer Kaiser/zu  
allen Zeiten Mehrer des Reichs/ König in Germanien / zu Casti-  
lien/Arragon/ Leon/ beider Sicilien/ Jerusalem/ Hungern/ Dal-  
matien/ Croation/ Navarra/ Granaten/ Esseeten/ Valenz/ Gal-  
licien/ Corduba/ Corsica/ Murcia/ Gienniſ/ Algarbien/ Algecien/  
Gibraltar / der Canarischen und Indianischen Insuln/ und der  
terræ firmæ des Oceanischen Meers / Erz-Herzog zu Oester-  
reich/ Herzog zu Burgund/ zu Lothringen/ zu Brabant/ zu Stey-  
er/ zu Croaten / zu Erain/ zu Limpurg/ zu Lüzenburg/ zu Helden-  
dern/ zu Calabrien/ zu Athen/ zu Neopatrien/ zu Würtenberg/  
Grave zu Habspurg/ zu Flandern / und Tyrol zu Vorß/ zu  
Barzinien / zu Arthois / zu Burgundi / Landgrave in Elsas/  
Marggrave zu Burga / zu Oristen / zu Goziani und des h. R.  
Reichs Fürst zu Schwaben/ Cathalonia/ Ansturia/ Herr in Fries-  
land auff der windischen Marek/ zu Portenau/ zu Biscaya/ zu Mo-  
lin/ zu Salin/ zu Tripoli und Mecheln/ bekennen öffentlich mit  
diesem Brieff/ und thun kund allemänniglich/ das uns der Wohl-  
gebohrne unser und des Reichs lieber getreuer / Günther  
Grave zu Schwarzburg/ vor sich selbst/ und den vor seine Brü-  
der/ Hans Günther/ Wilhelm und Albrechten / alle Grafen  
zu Schwarzburg demüthiglich angerufen/ und gebeten/ daß wir  
ihnen samblich und in Gemeinschafft diese hernach benandte  
Stücke und Güter mit Nahmen / Schwarzburg Schloß und  
Stadt/ Königsee Schloß und Stadt / Blanckenburg Schloß  
und Stadt/ Leutenberg Schloß und Stadt/ item ein Holz ge-  
nandt das Schlüssel = Holz in dem Lande zu Thüringen bey  
Frankenhausen gelegen/ mit allen seinen Rechten/ Nutzen und Zu-  
gehörungen und sonst allen und jeden Herrlichkeiten/ hohen und  
niedern Gerichten / Manschafften / Lehnshafften / Walden/  
MUNZEN / Gulden / Gerechtigkeiten/ Zu und Eingehö-  
rungen/ so von uns und dem h. Reich zu Lehn röhren ic. Ge-  
ben in unser Stadt Brüssel in Brabant im neunten Tag des  
Monats Januarii/ nach Christi unsers lieben HErren Geburt

funffzehn hundert und in vier und funff gsten unsers Käyfers-thums in 34. und unserer Reiche im 38. Jahre.

Fundum ergo, qvo mea nititur, ac se oppidd jaetat opinio, vides! Neqve nunc miraberis, si *Illustrissimi Domini mei* nomine & jussu nummum & istum jure territrii ac successionis vindicem, ac qvod olim fuit Ejus Antecessoris, nunc abs TE repetam. Nosti enim jam jam, & TIBI singulariter perspectum est, qvo & hujus generis nummorum, præter ingentem & Græci & Romani & Germanici omnisqve prisci æris Thesaurum, *Illustrissimus Heros* gaudeat cumulo, cum qvilibet Germaniae, imo Europæ certante, certe superante. Nosti, qvis Hercules sit Musarum, & qva *ἀνέρεια* omnes oblatos dignoscere non solum sciat nummos, sed & ab aliis explicatos corrigere, & unicuique, qvod suum fuit, restituere. Nosti deniqve, qvis ardor Illustrissimo Ejusdem insideat pectori, omnia, qvæ potest, singularis notæ conqvirendi monumenta, & qvam profundam universi orbis ac singularum ejusdem partium potiorumqve in iis Familiarum, harundemqve jurium ac privilegiorum notitiam & assiduo studio & multarum rerum usu & experientia per itinera extera comparatam celsissimo suo complestatur animo, ut, qvod olim sumus Poeta, ac primus ex Philophis Jenēsis Universitatis Rector, *Joh. Stigeliq, de Philippo,* Comite Schwarzburgico, vere qvondam perhibuit: *s: Comes non esset, Theologus esset; verius de ANTONIO GUNTERO* pronunciari possit: *Si Comes non esset, Polyhistor esset!* Sed quid moneo alias ad id faciendum primum promptumqve, TUAM nunc potius velut ex sella curuli pronunciatam de mea expecto sententiam, impense gavisurus, si aplausum abs TE tulero. Dabam Arnstadtii ex Museo. VIII, Kal. Octobr.




TAB. I. Bracteatorum Comitum maximam  
partem Thuringia. 3



BR. 1. BIBLIOTHECA  
HISTORICO-CARTOGRAPHICA  
S. I. IMPERIALE

BIBLIOTHECA





III 26

1077

Q.K.130, X8

Summe Reverendur

# JOH. AN SCHIN

Abbatem Marienth


Doctorem, Ejusdemque ut  
Professore

## COMITIS BI G EPIS

De aliis Comitum Provincialium  
que Comitum Mansfelden  
danorum, Schauenburg  
bergensium, Lob  
gensium, alior  
incidente

## CHRISTIAN

Jenæ Imp  
Typis.



**Kodak**

LICENSED PRODUCT

Black

**KODAK Color Control Patches** © The Tiffen Company, 2000

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Inches									
Centimetres									
1									
2									
3									
4									
5									
6									
7									
8									
9									
10									
11									
12									
13									
14									
15									
16									
17									
18									
19									

